

Dissertatio inauguralis medica de haemorrhagia uterina matronae abortientis, vulgo von dem angegangenen Hertz-Geblüt ex praxi clinica desumpta ... / [Christoph Friedrich Kneussel].

Contributors

Kneussel, Christoph Friedrich, active 1695-1698.
Justus Liebig-Universität Giessen.

Publication/Creation

Gissae-Hassorum : Typis Henningi Mülleri, [1698]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/trvnyk93>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
^{D E}
HÆMORRHAGIA
 UTERINA MATRONÆ
 ABORTIENTIS,
Vulgò

Son dem angegangenen Herz-
 Geblüt /

EX PRAXI CLINICA DESUMPTA,

Quam

ARCHIATRO SUMMO PRÆSIDE,
 IN ILLUSTRI LUDOVICIANA,
 EX DECRETO INCLYTÆ FACUL-
 TATIS MEDICÆ,

PRO LICENTIA
 GRADUM DOCTORALEM CUM ANNEXIS
 PRIVILEGIIS, IMMUNITATIBUS & HONORIBUS
 Solenniter & Majorum more capessendi,

MAGNIFICO & AMPLISSIMO DNN.
 PROFESSORUM ORDINI

ventilandam offert

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS KNEUSSEL,
 MOENO-FRANCOFURTENSIS

Ad Diem August. H. L. Q. C. ANNO M DC XCVIII.

 GISSÆ-HASSORUM, Typis HENNINGI MüLLERI.

DISSESSATIO INAGURATIS MEDICA
A

АГАНЯМ ОРМАН
ЕИНОЯТАМ АИНОЯ
АБОЯТИС.

СИДАЧАДАГАСИЛ
СИДАЧАДАГАСИЛ

Х ПРАКТИКА ДЕСУМПА

АРЕНЯОЯТАНДА
ИДАЧАДАГАСИЛ
ДЕСУМПА АУСАТ ТА
АУСАТ МАКСИ

АГАНЯМ ОРМАН
АДИЛ ОДОЛОЛАНДА
БРИЛЕОН ИМУНИТАС А НОНДРУС
СОЛУНГ А МИОЛАН САДЕСИГАЛ
ИАГНИФИС А МАПЛАСИМО ДАУ

ЯДОЯРХОЛС-ХРИДРИС КНЕУССЕ
МОДОХ А УСАСУРАТА ВА
АУСАТ МАКСИГАЛ
ИЕ-ХИСОРХАМ ИБИС НЕИНИГИ МОЛДРУС



I. N. J.

STomachabundo ferè animo quis legere posset, quod l. 3. C. Comm. de legat. & fideicom. Medici non pluris, quam Obstetrices (60. scil. solidis) astimentur: Qui quidem locus tot dissidiis, inter Medicos & Jctos Lugdunenses in Batavia abortis, ansam dedit. Ast, ut Imperator hoc in loco non de Medicis eminenter ita dictis, sed illorum servis potius intelligendus est; ita quoque Practici inerudit*i* & Doctores asparagorum more repente cocti, si non inferiori, certè paricūm Obstetricibus sape loco habendi. Quemadmodum enim Obstetrices (ut plurimum nasutula) tum expeditæ satis & sapientes (les sages femmes hinc Gallis dictæ) audiunt & videntur, si & Naturam parturientis faventem & situm fœtus exoptatum (wann es wohl hergehet / und das Kind in seinem rechten Lager liegt)

invenerint: In casibus verò arduis, quasi paroxysmo febrili laborarent, quandoque contremiscunt ac horrescunt; ita Medicastri magni vulgo Heroes videntur, si in morbis aut leviculis aut non nisi ordinariis symptomatibus stipatis, fortè fortuitò levamen aliquod attulerint Eò exscriptis è libris formulis agro quodammodo satisfecerint: Quod si vero morbi complicentur, vel contraindicantia nonnulla suetæ medendi methodo figant obicem, tunc ut mus in pice harent Eò quo se vertant, nesciunt. Quid quod Medicis in Arte versatissimis hic aqua harere sape soleat, id quod cordati facile confitentur, quibus cor sape in frusta dissilire videtur, si obstaculis ejusmodi deterriti remedia alias infallibilia applicari nequeunt, ut ab Hispano quodam Antonio Ponce Sanctacrutz. lib. de Impedimentis magnorum auxiliarum fusè demonstratum. Et licet haud ita pridem Gerbezius in Intricato Extricato se non minus ac alios hinc extricare conetur, tantum tamen abest, omnes illic difficultates in Praxi occurrentes hactenus expeditas esse, ut potius adhuc indies casus ejusmodi occur-
 rant,

rant, qui indicibile Medicis negotium faceſſere.
 Ægris verò in incantiorum manus incidentibus
 exitum eheu! adferre poſſunt. Vivo id exem-
 plo hac vice ob oculos ponam, in quo dum vires
 meas (tenues licet) experiri audeo, DEIT.O.M.
 benedictionem quam deuotissimè, Benevoli verò
 Lectoris indulſum obnixè exoro.

HISTORIA.

Atrona XL. circiter annorum, sanguineo-melancholica, postquam à tribus, ut credebat, mensibus utero conceperat, unà cum integra, quæ alio transferebatur, familia, iter per viam non adeò commodam facere cogebatur, quo absoluto, fluxum menstruum, ab eo quidem tempore more ſolito emanentem, redire ſenſit. Cum verò aliquoties in Patria abortierit, adeoque ve reretur, ne dem infortunium hīc immineret, Medicum hujus loci advocari jubet, ipſique totum hoc negotium patefacit. Prescribunt ab eo confortantia æque ac adſtrigentia


V. g. *Pulv. contra abortum A. cum Ther.* coe
in vehiculo convenienti *syr. corall.* edulcora
to, quo per aliquot dies continuato, horror
corripitur insigni, cum subseguente æst
crebris rigoribus interpolato, quæ febr
malignæ (qua paucos ante dies sublatuſ fue
rat Hospes) suspicionem metu inque injicie
bant, contra quam *Mixtura bezoardica* pa
rabatur, qua nondum ex officina allata, im
mani & horribili hæmorrhagia uteri corr
pitur ægra, quam *lap. hematit.* cum *bland*
anodynus internè, *ligaturis* verò ex serico (quo
vulgus alias urget) rubro externè inhibitu
rus erat Medicus, quorum utilitatem præ
sentaneam in similibus ferè casibus percep
rat, sed frustra. Accedunt potius tormenta
atrocissima, doloribus parturientium simili
ma, sanguine adeo confertim manante, u
præ nimia virium imbecillitate, post assum
tam hostiam, S. S. calicem benedictum ab
que respiratione & mora interpositâ aslu
mere vix potuerit. Verbo: Status mulie
ris lamentabilis erat ac miserrimus, eoqu
magi

magis, quod Natura medicamenta non tan-
tum non actuabat, sed & omnino respuebat.
Medicus Obstetricem advocari eamque so-
lutum in Utero abortum extrahere juber.
Muliercula verò adstantis foetum confortan-
dum esse censet, & *syrupum corall.* miris hunc
in finem laudibus extollit. Medicus ē con-
tra foetum non confortandum hīc, sed pel-
lendum esse replicans, pulv. ex *borrace*, *troch.*
de myrrb. &c. præscribit, & in *v. artemis.* pro-
pinat (cujus primam tamen dosin vomitu
rejecit ægra) insimulque Obstetricem officii
sui admonet, quæ tandem concretionem
quandam membranosam cum sanguine
plus minus coagulato extrahit, quo facto
statim quodammodo sistebatur fluxus, suc-
cessivè penitus remittens. Post aliquot dies
febricula quædam urgebat, quæ *præcipitan-*
tibus, *expellentibus* & *balsamicis* quoque feli-
citer sublata, quibus & reter odor, quo de
ægra querebatur, externe sublatus est. An
verò cura hæc methodica & conscientiosa
fuerit, disquiritur?

RESO

RESOLUTIO.

I.



On est, ut diu de nomine affectus Ægran nostram afflagentis simus solicii, qui fo roris instar se ipsum prodere solet. HÆ MORRHAGIAM enim UTERI adesi vel quævis Muliercula determinare poterit. Cur autem in vernaculâ eandem das Herzgeblüt vocare soleant, ratio forte est, quod Lipothymia, Syncope & consimilia cordi vulgo adscripta pathemata illi facile superveniant; quo nomine etiam hæmorrhagia uteri puerperis vel gravidis contingit magis exprimitur, de qua vulgo dicunt das Herzgeblüte seye angegangen/ut eandem à mensibus nimiis secernant quos verbis magis absolutis efferunt: das Geblüt seye angegangen/ vel, das Geblüt gehe zuviel. Interea candum ne sanguini hac via effluenti prærogativam quandam tribuamus, & secundum vulgi sententiam, corde immediate effluere putemus, quod circulationis sanguinis è diametro contrarium.

II. Non ergo simplicem & vulgarem, sed HÆ MORRHAGIAM UTERINAM cum ABORTU complicatam hîc adesse, testantur 1. **ANTECEDENTIA:** Iter per viam inæqualem minusque commodam menses suppressi antea & nunc præter morem redeunte ut & abortiendi consuetudo, quæ omnia quam faciliter & abortum & hæmorrhagiam uteri producere valent. Idem confirmant 2. **CONCOMITANTIA:** Fluxus scil. sanguinis immanis, cum virium lapsu & insignib[us] dolore

doloribus spasmo parturientium similibus, quæ omnia non vulgarem uteri hæmorrhagiam, aut menses nimios (qui & minus dolorosè & minus confertim fluunt, nec vires tantoperè debilitant) adesse, sed talem sanguinis fluxum, qui ab abortu provenit, indicant. Accedunt 3. **CONSEQUENTIA**, juvantia & nocentia, styptica, scil. adstringentia & anodyna, Divina aliâs & præsentanca in vulgaribus hæmorrhagiis remedia, quæ tamen hic omnem spem omnino fellerunt: Obstetricis verò manus opem præsentancam attulit, quæ omnia fluxum hunc à separato intempestivè ab utero embryone (vel abortu) contigisse clarè ob oculos ponunt. *Est autem præsens Hæmorrhagia uterina nimius & immodicus sanguinis fluxus, ortus à p. n. vasorum uterinorum per abortum apertura.*

III. SUBJECTUM affectus hujus est uterus, cuius forma, partes & textura ex Anatomicis satis patent. Hæc membranacea est, è fundo & vagina constans; istæ vasibus utrobiique sanguineis, lymphaticis & nervosis instructissimæ, è quibus arteria hypogastrica notam mereatur singularem, per cujus ramulos & sanguinem menstruum excerni & succum nutritium cum foetu communicari certis mihi constat experimentis. Illa pyro (vel cucurbitæ) in non prægnantibus haud absimilis est, conceptionis verò tempore in majorem molem aliquaque formam extenditur. Isti abdomen consecratum, tanquam infima C. H. regio, ita ut inter vesicam urinatiam & intestinum rectum sit locatus. Huc ergo Te recipe Homuncio, qui pavonum instar rotatis exuvias extollis supercilia! Huc in palatum tuum pristinosque natales te confer, in quibus scybala loco pulvinaris, matula Microcosmi pro umbraculo sunt! Scil.

Cum fax, cum finis, cum nil nisi stercora simus,
Quare superbimus?

IV. Afficitur autem Uterus hoc in affectu quoad superficiem interiorem, eo in loco, ubi placenta uterina ipsi cohæret, cuius præmatura ab utero separatio va-
forumque in placentam alias inhiantium apertio CAU-
SAM PROXIMAM FORMALEM & hæmorrhagia &
cum ipsa abortus constituit. Hoc ut clarius pateat, duo
hîc ex Anatomicis & Physiologicis, tanquam in paren-
thesi, annotanda erunt: 1. Cohæsio fœtus & secundinarum
cum utero. 2. Ejusdem separatio legitima, tempore par-
tus ordinaria, quò contraria juxta se posita magis eluce-
scant. Illa, connexio scil. Embryonis cum placenta, ad-
miranda est: Postquam sc. ovulum per Tubam Fallo-
pianam in uteri concamerationem devolutum est, pri-
mis temporibus aliquamdiu per humores nutritios in
uterum quasi stillantes per modum transsudationis alitur,
donec ab Archæi & ~ plastici elatere, discursibus (ut Car-
tesius l. de format. fœtus ostendit) mechanicis, partes antea
in ovulo delineatas explicante, ea sine dubio in parte, ubi
reliquis in ovario ovulis quodammodo connexum & per
corpus glandulosum protuberans separatum fuerat, ru-
ptis repagulis fibras quasdam protendat, quibus uteri su-
perficii interiori paululum adhærescit. Quamprimum
verò ex nutrimento proprio illuc simul quodammodo
extravagante rudera placentæ uterinæ formantur, hujus
eminentiæ papillæ salveolis uteri, tubulorum lacteorum
mammariorum instar in prægnantibus conspicuis & ex
pluribus radicibus in lacunas ampliores & in uteri cayum
inhiantibus, hanc aliter immersæ & quasi impactæ ha-
rent, ac dentes per gomphos in alveolis gingivæ sunt in-

sertæ.

sertæ ; quod singulare Naturæ artificium pro more solide describit *Illustris Bohnius P. P. Lipsiensis* in *Circul. Physiol. An. & diss. physiol. 25. §. 12.* Moles autem hæc tamdiu firmiter adhæret utero, donec fœtu ultimis gestationis temporibus graviore reddito seseque movente quodammodo à tenacitate illa remittat, & ad separationem sub partu, vel à fœtu prodeunte vel manibus Obstetricis blandè & cautè instituendam, disponatur, quæ ordinariò quidem contingit decem à conceptione mensibus Lunaribus, novem Solares efficientibus , & quidem ut plurimum eo die, quo ante conceptionem alias debitum lunare Naturæ solvitur. Interea tamen ut nulla regula sine exceptione , ita neque hic (tanquam ordinarius) terminus adeo est perpetuus , ut neutiquam & à Matribus & à foetibus robustioribus anticipari, postponi verò à debilioribus soleat ; quin & septimo ac octavo mense partum legitimum & vitalem edi posse, ratio docet & experientia : Et ne quis existimat hoc ab errore calculi, quem Mulieres haud exactè sæpe ponunt, contingere, ex observatione omni exceptione majori, à Magni Nominis Theologo, à vaniloquio, nedum fabulis , alienissimo nuper assertâ constat, cui certa Matrona est cognita, quæ ipso puerperii tempore à Marito (nimio amore abrepto) ingravidata , septimo mense in sequente puerum est enixa omnibus numeris absolutum, adultum nunc & incolument, quod ex communicatione amici cuiusdam benevoli huc apponere volui. Quid quòd *Cornel. van Solingen* Med. & Chirurgiæ D. *Hagæ Comitis* Celeberrimus Tr. von dem Amt und Pflicht der Hebammen / Cap. 3. non Sylvi tantum , sed & propria experientia suffultus , integras afferat dari familias septimo ordinariò mense libe-

ros suos in lucem edentes. De partu autem ostimeti non est ut verbum amplius addam; hujus enim existentiam & possibilitatem adeo solidè in pecul. de eo Trae ob oculos posuit Inclytus & Subtilis *Drelincourtius*, meus olim in Batavia Professor, ut neque Medicis, neque JCT amplius ullum de eo dubium hærere possit. Quod enim hic desideratur in brevitate temporis, resarcitur à Naturæ bonitate.

V. Sed cur in Partu Naturali & legitimo tamenormis hæmorrhagia non conjungitur ac in abortu præsenti? Dicam, attende! In partu naturali sanguini quoque fluxum ingentem observari, præter experientiarum testatur *Hippocrates*, adeo quidem, ut velut à victimâ Sanguis, (als wann man einen Ochsen schlachtete) benè se habeat & habitura sit mulier, exeat, lib. de Nauperi §. 12. edit. *Linden*. nam & hic post secundinarum separationem aliquantum hiant vasa. Quod vero statim sopiantur, nec ad tantum temporis spatium, ut in abortu, duret, ratio est, quodchorii papillulae ab uteri alveolis, quibus inoculatae quasi erant, blandè & successivè separatae fuerint, & post fœtum protinus exclusus uterus coarctatus oscusa vasorum comprimendo & quasi obturando omni hæmorrhagiæ viam præcluserit; in abortu econtra separatio illa violenter & non finit laceratione vasorum capillarium contingit, unde vasa in uterum hiantia plorant sanguinem, & horum aperiatura alitur ab abortu & placenta uterinâ intus fluctuantibus, quæ uteri coincidentiam & coarctationem impediendo, hæmorrhagiæ tamenormis CAUSAM PROXIMAM MATERIALEM constituunt & omnem malorum Eternam producunt.

Hinc enim tanquam è fonte scaturiunt omnia
in casu enarrata SYMPTOMATA, jugi seric cohæ-
rentia, quatenus scilicet chorii papillulae ob violentiam
externam ex uteri vaginulis quodammodo expulsæ sanguinis (ut videbatur) menstrui, anteà more solito sup-
ressi, redditui materiam subministrarunt; cuius parti-
culæ quædam, ob orificiū uteri interni commiventiam, intus
etentæ & acriores redditæ non uterum tantum irritando
& procul dubio ejusmodi horripitationem producendo
igorem & horrorem febrem, sed & M. S. permixtæ eique
notum p. n. auctum inducendo æstum illum inferre po-
uerunt, febris malignæ metum incutientem; hōc au-
tem utero cū reliquis partibus adeò debilitato non po-
uit non plenaria placenta cum foetu separatio ab utero
accedere, quam horribilis ille sanguinis effluxus è vasi-
us in uterum hiantibus infuscatus est, cum immanni
irium prostratione, quam augebant dolores parturientium,
intus fluctuante conceptu secundinisque utero gravi-
us ejusdemque spasmodum producentibus exorti. Quòd
utem extracto postmodum abortu periculosisima hæc ha-
orrhagia statim remiserit, in causa est, quòd uterus à
nole, quâ antea extensus fuerat, liberatus se corrugare,
ascula coarctare eorumque aperturam hac ratione ob-
turare valuerit, remanente tantum febricula, à reliquiis
anguinis intus corrupti & M. S. commixti, oriunda, præ-
cipitantibus tamen, diaphoreticis & balsamicis feliciter
uoque sublata, quibus illæ partim correctæ, partim è
orpore eliminatæ fuerunt.

VII. Omnibus autem his è CAUSIS REMO-
TIORIBUS occasionem dederunt partim crebrior abor-
sus, indeque & debilitatæ & ad similem relaxationem

abortivam dispositæ fibrillæ ipsius uteri : Partim & ita per loca inæqualia, montana & saxosa, quæ in causa sunt ut agitatis & concussis hinc inde carpentis embryo i subjectis jamdum tenerioribus & ad abortiendum (u hocce) dispositis minus firmiter utero annexus, acetabulis suis excidat , qui si utero diutius inhæreat , nec statim excludatur , ob dictas supra rationes facilimè ejusmodi hæmorrhagiam funestam inferre vâlet. Frequentissimam sanè hanc abortus causam esse , honestissimæ sæpe Matronæ damno suo sæpius sunt expertæ , quot tantum tamen in animo cordeque illarum, sæpe insontissimo, vulnus non relinquunt, ac calumniantium (è centro Regni Diabolici oriundorum) mendacia, quibus liberorum, intempestivè ita magis expulsorum quam enorū, legitimationi æque ac parentum (primipararum cum primis) famæ insidias struunt nefandas. Ant temperamentum ægræ sanguineo-melancholicum aliquid hîc contribuere potuerit, inficias ire non audet quum acido abundans sanguis papillulas in vaginulis, non vellicando, titillando sanè firmiorem illarum adhesionem quodammodo inhibere , adeoque solutionem hinc magis promovere potuerit. De aliis in casu non expressis Diæteticis nihil addo , quamvis & illæ formosulum suum conferre potuerint.

VIII. Quam periculoso autem in statu versetur Ægræ, tali hæmorrhagia affectæ, non tantum testatur *Hippocrates*, dum aph. 56. S. 5. animi defectum mulieri profluvio supervenientem malum esse pronuncia quum menstruis ordinariis etiam abundantibus moroveriant, ibid. aph. 57. Hic autem fluxus eò periculosior erat, quod ab abortu in utero adhuc fluctuante ortu fuerit

rit, qui nisi oculis extrahatur, certo certius lethalis

Plures sanè novi quæ purpuream hâc viâ animam alarunt, non aliam fortè ab causam, quam quod issa enchirisi, absolute hic necessariâ, solis confortibus, adstringentibus & opiatibus, abortui alias dis, fuerint tractatæ.

IX. Ceterum facile hariolor, fore, qui Nos ipsos casu præsenti confortantibus æque ac adstringentibus usos esse, adeoque frustrà illa rejici, arbitrur? ast vide quam acerbè ne dicam iniquè, judicem! Utique præscripta sunt adstringentia, confortans & anodynæ, eo scil. quo indicabantur tempore: hic autem indicantur, si guttatum ac moderate effluere sanguine placenta ab utero nondum prorsus separata esse videatur: Non factò, sed instante abortu. Truncum enim & crudelis animi signum esset, tunc impeditivè manum admovendo prorsus evellere ea, e lapsu minantur; quin potius omni prius studio d' est annitendum, ne remittens à pristica connexio sarcina omnino decidat, sed potius, ut fibris confortans vaginulisque uterinis quodammodo constrictis tuis comprehendantur papillulæ elapsuræ. Quem finem E FONTE PHARMACEUTICO blanda adstringentia, ex Rad. Tormentill. flor. balaust. Cort. granat. cy. Mastich. corall. r. terr. sigill. &c. eorumque præparata simpliciora, quam varia inde composita, tam internam externè feliciter præscribuntur, inter quæ agmen cit tot retroseculis decantatus *Pulv. contra abortum* quem s. m. ferè præscribere poteris:

- Rec. **Pulv. contr. abort. A.** 3j.
Pannon. rubr. 3B.
Terr. catech. 3j.
Ther. coel. gr. ij. M.
D. S.

Stärkend und anhaltendes Pulver / darve
des Tags etlichmahl ein paar gute Messerspiz vol
zunehmen.

- Rec. **▽. torment.**
plantag. ana 3j.
Extr. torment. 3j.
Syr. Corall. r. 3j. **M. S.**

Wasser zum Pulver.

Quodsi verò gravis ac molestus sit pulverum usus, subj
etis delicatioribus, Tincturas ordinariè amantibus ,
quens præscribi potest :

- Rec. **Tinctur. terr. catech.**
corall. c. △. pan. ana 3j.

M. S. **Unhaltende Tinctur des Tags**
lichmahl 20. Tropfen zu nehme

Interponuntur quoque *confortantia fætumque robora*
tia, inter quæ polychresta est ▽. composita, quam vulg
Balsamum Embryonum vocant, quæ vel per se , vel cu
aliis, sive acuata sive, temperata, est egregia.

- Rec. **▽. flor. tunic.** 3ij.
bals. Embryon.
roris Sol. ana 3j.
syr. corall. 3vj. **M. S.**

Stärkendes Tränklein davon offt ein paar L
fel voll zunehmen.

Anodyna verò non nisi in orgasmo sanguinis aut
oloribus spasmodicis conveniunt, & quidem blandiora,
autissimè quoque adhibita, in specie opium, quod fœ-
ni infensum valde est, de quo acutè Illustris *Wedelius* in
piologia Curiosissima.

Addantur his quoque EXTERNA adstringen-
tia fibrarumque tonum confortantia, unguenta, em-
plastra, periapta s. amuleta.

Inter priora decantatum est *Ungt. Comitissæ*, ita
ræterpropter præscribendum:

Rec. *Ungt. Comitissæ. A. 3j.*

sang. Dracon.

mastic. elect. ana 3j.

°° *Nucif. expr. 3f.*

M. lento Δ. add. °° Omphac. q. s.

F. Linim. D.S.

**Säblein den Unterleib und Rücken darmit
anzustreichen.**

Inter *Emplastræ* laudatur, *Empl. contra rupturas*
Hoffmanni, spinæ dorsi è regione lumborum ap-
licandum.

Præterea à vulgo ex amuletis *lapis Aëtites* de col-
lo suspenditur, quem licet non omnino rejiciamus, in
ausa tamen violenta non æque conducere existimamus
um B. D. D. *Bauschio Tr. de Aëtite & Hemat.* quem in
compendio videre poteris in *Historia Literaria Incliti*
Valentini (quem plus quam filiali observantia in perpe-
tuum non colere piaculo mihi erit) *Miscell. Cur. Germ.*
Dec. II. Ann. IV. pag. 221. annexa.

E FONTE CHIRURGICO in mediis gestationi
mensibus etiam V. S. non insuper habenda, quæ in ple-
thoraicis in specie præservationis ergo laudatur.

X. Quòd si verò certi simus placentam uterinam
cum annexis ab utero iamdum separatam in hujus cavi-
tate fluctuare, tantum abest hæmorrhagiam unc contingentem adstringentibus & stypticis curari fœtumque
(seu potius abortum) in utero conservari posse, vel de-
bere, ut potius omni operâ inde promovendus sit. Ad
vocata ergò Obstetrix sana & sapiens, more, solito dito
lil. alb. illitos inserat orificio uteri interno, hujus didu-
ctionem quandocyus promoteat fœtumq; capite prius
si fieri potest, sin minus, pedibus Agripparum instar arri-
piat & cum secundinis extrahat. Si vero rudera tan-
tum embryonis adsint, hæc eodem modo extrahat. Qua-
ut facilius procedant, ipsæ pariter ægræ spiritum tenen-
do, moreque solito, in quantum vires patiuntur, colla-
borando symbolum suum conferant. Neque in ex-
tremo necessitatis casu piaculo sibi ducat Medicus ea
quæ in partu difficiili alias præscribi solent, pellentia se-
rum ordinare, qualia sunt *hepar anguilla c. felle, borras*
Venet. myrrhata, castorina. &c. v. g.

Rcc. *Borr. Ven. Æij.*

Myrrh.

Croc. ana ÆB. D. in. 2. p. a.

D. S. *Pulverlein davon eines in Beyfus
Wasser zu nehmen.*

Quod si tandem omni etiam operâ adhibitâ fœ-
tum ita promovere nequeas, si que de morte ejus certi si-

us, à Chirurgo experto Embryotomia & Embryulcia, xta methodum Versatissimi his in rebus *Dn. Van Solingen*, adhibenda, cāque peractā DIÆTA tenuis, puerperalis alias consueta, imperanda est.

XI. Coronidis loco jam ad quæstionem in casu ropositam, an sc. *Cura hac methodica fuerit, & conscientiosa?* respondeo, affirmandamque censem, cum experientia teste conferat eamque facile ferant ægræ, quæ solis dstringentibus ab aliis, hujus methodi ignaris, è contra ut negliguntur, aut quām officiosissimè ac felicissimè scilicet!) enecantur. Ne verò primus hoc, idque periculæ ægrorum sive tentasse sive suassisse videar, en practicos Archiatros apud Exteros Famigeratissimos, idem non suadentes tantum, sed & imperantes. Agmen inter illos ducat Senex quondam & Machaon Anglorum Venerandus, *Theodorius de Mayerne*, qui *Tr. de cura graviarum sect. XI. pag. 52.* in simili hæmorrhagiâ festinandum esse dicit in ope ferenda, ne ægra paucarum horarum spatio succumbat. Præstantissimum (ait) Remedium est oetus extractio, quæ Matris vocatur liberatio, quia in uterus concidit, quæ concidentia patula vasorum scula occludit, & per consequens sanguinem sistit. Huic parallelæ est methodus D. *Craanii*, qui in *Praxi Medica Reformata C. IV. pag. 416.* in simili sanguinis fluxu immodiatio cum foetu mortuo in Curatione: Partus, inquit, provocandus erit, Chirurgicè extrahendo foetum per partes, prescribendo simul pellentia ex *Borrac. Ven. croco. &c.* Addo his Chirurgos & Embryulcos his in rebus Versatissimos, alterum citatum saepius *Dn. Van Solingen*, qui *ib. von dem Amt und Pflicht der Wehe-Mutter / ap. XV.* in tali hæmorrhagia foetum oxyus extrahi ju-

Ber nî matris cum fœtus mortem infallibiliter exspectau-
velis. Quod jam ante cum propria quoque fretus ei-
perientia commendârat *Mauriceau*, Artem obstetriciam
quoque ipsem exercens Parisis, in *Habamme*. *Sic*
I. i. cap. 21. E quibus apparet methodum supradictarum
cum horum experientia exactè convenire, quâ tractat
Ægra DEO benedicente felicissimè ex Ortu faucibus
erupta est. Illi sit laus, honor & gloria in secula
sempiterna!

COROLLARIA.

Procurare abortum nullo modo licet.

II. Epulmonum in vâ subsidentia aut supernatatione
certum infanticidii indicium haberi non potest.

III. Mulieri prægnanti parcitur I. Prægnant. 3. I.
de pœn. etiam post partum, nî vires receperit, conf. *Carpzor*
Pr. crim. Qu. 137. n. 22. seqq.

IV. Sagax ab aliis habitæ, et si confiteantur, beneficium
tamen non indiscriminatum punienda.

V. Medicus, qui gravidæ fœtum pellentia Expetenti
eadem promiserit, et si confortantia potius eorum loco præscripse-
rit, de abortu subsequentे jure conveniri potest.

VI. Non à symptomatibus vulnus concomitantibus (quidem necessario ipsi inhærent) sed ex ipso vulnere quo, qui
mortuus est, ejus lethalitas dijudicanda.

VII. *Vulnera capitis (et si levia quandoque visu) contusione imprimis, suspecta sunt omnia.*

VIII. *Curata tamen sunt etiam profundiora meninges penetrantia.*

IX. *Elevari posse umbilicum instrumentis certis & hinc racentes in eo institui testatur experientia.*

X. *Excitantia naribus applicata, in affectibus respirationem insigniter lœdentibus tantum præstant, quantum in spiritum retinentibus.*

ACCLAM. VOTIVÆ.

Anguinis hic fluxum compescens, Optime KNEUSEL,

*Qui è centro cordis præcipitatus abit
incipium vitæ servas : Quò fungitur omni-*

Munere Naturæ fabrica corpus agens.

Iguine fundata est hominis generatio quondam :

*Sanguine succrevit : Sanguine finis erit ;
ac merito sanguis vitæ quoque balsamus audit,*

*Quo refluente fluit , quo pereunte perit
t mola, si fluvii cessans appulsus aquarum*

Sistitur & stabili manserit illa rota

quoque corporeæ cessat mola vivida vitæ ,

*Dum crux è venis , quâ data porta ruit.
ac servare studens vitam simul ipse tueri*

Sattagis : Hinc Medicā DOCTOR in arte clues.

In Romæ solidis (hem !) sexaginta redemptus ,

Queis Medicos Rabulæ vexat iniqua cohors ;

iατρος γαρ ανη ωλλαν αινταξιος ολλων

Quem coluisse DEUS jussit in Orbe Virum.

is eris ! Vah ! quantus eris , si cætera jungis

Quæ Medicas animæ dixeris ipse manus !

*Inter sexcentas occupationes boni omnis ergo
gratulabundus deproperabat*

MICH. BERNHARD VALENTINI, D.&P.P.

EJa Geist der Ehre liebt kan niemahls untenliegen /
Drumb trage Er auch davon die Palmen nach der Schlach
Womit Apollo Selbst nach Seinem theuren Siegen
Befröhnt Sein Edles Haupt das solche Früchte bracht.

Wer auff solche weise pranger /

Dieser hat mit recht erlanget.

Der Götter hohe Kunst die nicht kan sterblich sein.
Und obschon sterben wird , der Sonn und Mondens Schein.

Dieses fügte in siegender Eyl dem Herren Cand. seine
bisher werthgeschätzten Hn. Eisch-Genossener
glückwährend hinzu.

J. J. Gersten / Lic. & Adv. Or.



Vita quid est hominis ? nummo quæ deficit omni,
Nil quam paupertas , nil nisi falsa quies.

Vita quid est hominis ? qua non sunt corpora sana,

Est nil quam morbus ; mors quoque dura scias.

Vita quid est hominis ? cui non est junctus amore,

Quam Leo cui desunt * viscera crede mihi.

* Seneca lib. 2. epist. Gratulor hinc Nobilis , quod certus factus amicus,

ult. sine amico vi-

sceratio

leonis &

lapi vita

est.

Inter nos durat , non simulatus amor.

Ergo post cursum Studiorum gratulor ipse

Apprecor inque illo prospera cuncta Tibi.

Sit felix cœptum ; medium finemque secundet ,

Numen in excelsis , quod regit astra poli.

In quavis terra vivas fidelis Amice.

Sis memor usque mei , sum memor usque Tui !

Hisce Nobilissimo & Preclarissimo Domino Can-
tato bene Amico suo astutissime , de no-
honoribus , meritis gratulatur

V. D. M.

30 Weisheit und Verstandt nebst den Gemüthes Gaben

stäter Übung seinde / auch ihre Würfung haben /
 ist es guth bestellt / und schickt sich alles wohl /
 solch Werck erhoben wird / bis an der Sternen-Pohl.
 e aufgetüpte Kunst mas saure Müh ersezgen /
 e Samo muß sich selbst mit solchem Geiste lezen /
 d durch den schnellen Flug verkünden allem Lande
 g dieser kluge Sinn / wird überall bekandt.
 ohl dann Mein werther Freundt nach dem Er überwunden
 in der Medicin verfaumer keine Stunden /
 üben seinen Geist / so ist Er nun bedacht /
 zeigen seinen Fleiß / wornach Er lang getracht /
 Disputation kan hier ein Zeugnus geben /
 n seinem Edlen Fleiß und wohlgeföhrt Leben /
 durch Er macht bekande / Sein aufgesezten Geist /
 daß die kluge Welt / nummehr Sich befleist /
 ist den Apollo Ihm / den Sieges-Kranz zu geben
 auch Morbona selbst muß nun in Angsten schwelen
 chaons kluge Dunfft legt ihm den Ruhm ja ben
 g Er untafelhaft in seiner Lehre sey.
 g Giesische Acken daß tft nunmehr erfreuet /
 höchstem Ruhm es Ihm anzeigt die Palmen streuet
 Er schon längst verdient / selbst Jena zeigt dich an
 Leyden rühmet sich was Er daselbst gerhan /
 erndet Er hier ein die Früchte seiner Eugendt /
 Er gesamlet hat von Anfang seiner Jugende /
 wird Ihm bengelte der Nahm Licentiar
 n Er verdienet hat / durch diese kluge That.
 Lorbeer-Kranz der ist nunmehr schon gewunden /
 mit Minerven Hand sein Edles Haupt gebunden /
 o wird Ihm aufgesetzt / der schöne Doctore-Huth /
 macht nach vieler Müh / noch jede Arbeit guth.
 ist auch meine Pflicht daß ich mich unterwunde /
 einen treuen Wunsch in schlechte Reimen finde /

Wohl

Wozu mein schwächer Kiel anjego ist bereit
Zu rägen seinen Ruhm in Chor der Ewigkeit.

Es gebe der höchste Sein reichlichen Seetzen,
Zu allem was JH^NIE ersprießlich nur sey/
Er wolle ihm stätige Freude erregen
Er setze ihm lanter Vergnüglichkeit bey.
Es müssen die Kranken die Hülffe erheben.
So sie werden mercken in ihrem Zustandt/
Dann wird sein Ruhm in der Unsterblichkeit
schweben

Mit Lobe erschallen / in jederem Landt.

Hiermit wolte dem Hn. Doctorando Seinem Hochgeehrten
und geschätzten Sönnern/ auch bisherigen Hn. Tisch-Com-
pagnon zu Bezeugung seiner Schuldigkeit / wohlmeinend
nebst Seiner fernerer gehorsambsten Recommandation
auffwarthen.

Johan. Nath. Schunck / der Rechten Beslissene
von Hanau.

A Bdita naturæ scrutatus sedulo semper ,
Quisque vigor Medica magnus in Arte situs.
Expertus ; certò referunt nunc præmia Musæ ,
Successus Studiis apprecoꝝ inde tuis.

Hac Dn. Candidato Fautori ac Commensali ad busto
usque colendo eà , quā par est , animi observanti
gratulabundus apposuit.

J. E. K.

